

00
ta

VIRO
SVMME VENERABILI, MAGNIFICO
ET EXCELLENTISSIMO,
DOMINO
SAMVELI CHRISTIANO
TEVBERO,
SANCTÆ THEOLOGIÆ
DOCTORI CELEBERRIMO,
AVGVSTISSIMI PORVSSORVM REGIS A CON-
SILIIS ECCLESIASTICIS, ET PER PRINCIPA-
TVM HALBERSTADIENSEM EIQUE ANNEXOS
COMITATVS
SVPERINTENDENTI GENERALI
SPECTATISSIMO,
ATQVE DE ECCLESHS, SCHOLISQ. LONGE MERITISSIMO,
AD ÆDEM SS. BONIFACII ET MAVRITII
PROTOMYSTÆ PRIMARIO
VIGILANTISSIMO,
A. D. XV Ianvarii A. S. R. MDCCXXXIX
FATIS PLACIDE FVNCTO,
SVPREMV M OFFICIVM
PRAESTAT
SCHOLA MARTINIANA.

HALBERSTADII, Litteris Langianis.



O Etus docentum dux venerabilis,
Gregisque pastor christiadum vigil,
Rerum sacrarum magne DOCTOR,
Et super æthera note fama,

TEVBERE, claro prosate sanguine,

Parente magno maior et altior,

Ad magna quem natura princeps

Largiter excoluistre visa est :

Mentis sagacis viribus inclyte,

Virtute præstans, eloquio potens,

Rerum quod æquor grande pandens

Cum grauitate fluebat ore:

Quem non latebat Pieris attica,
Et lingua quidquid protulit Aufonum;

Quidquid sophi, vates, diserti,

Historicique dedere mundo.

VIR

VIR, corda cuius tincta scientia:
Quam, cœlitum seu dogmata panderes.
Seu promeres humana scita,
Theiologi atque sophi stupebant,

VIR, distinebat quem labor arduus.
Parate semper consilium dare,
Qui comitatem temperare
Incolumi grauitate noras.

Nostrum quis austⁱ TE sat idoneis
Laudare metris? Holtemidum chorus
Repens humili cedat! VIR HIC est
Dignus Apollineo cothurno,

Lugere vero TE pietas iubet:
Præstatque, raucas officium sequi
Nostras Camenas, quam silere
PRAESVLIS ad sacra busta TANTI.

Heu! sidus istud, quod iubare antea
Vrbem atque terras sparserat inclyto,
Heu! cum graui pridem dolore
Nubibus occidit inuolutum!

Quamquam, benignus qui SVPERVM fauor,
Et cura MAGNI prouida REGIS est,
WEISSBECKIVS iam lustra damnum
Per duo luce sua refarsit.

Qui saluus æxum maius vt exigat,
Cælumque serus reppetat, et diu
Intersit heros militanti
Te duce, CHRISTE, gregi, precamur.

TV

TV, qui receptus cœlicolum plagis
Beatus nunc tempora transigis,
TEUBERE, dulci forte gaude,
Faustaque sume brabea vitor.

Languore, quem non vel Podalirii
Leuare poscent fortia pharmaca,
Tandem triumphato tenaci,
Viuis in arce poli, valesque.

Viuendo feslus, corpore debilis,
Effetus annis, ac decorum satur,
Culmenque nactus pridem honorum,
Quod meritis bene sustinebas,

Humana promptus tristia deseris,
Sortitus aulae gaudia cœlitum,
DIVVMque gloria illuminatus,
Nobile fidus habes olympum.

Terras per amplas, sæcla per omnia
Late vagatur didita gloria,
Dignis cedro quæsita scriptis,
Oreque, consiliisque dudum.

In prole viues atque nepotibus,
Paterna virtus in quibus eminent.
Sic TE solum, VIR LAVDE DIGNE,
Et polus ipse mori vetabant.



78 M. 404



TA → OL


101722

VIRO
 SVMME VENERABILI, MAGNIFICO
 ET EXCELLENTISSIMO,
 DOMINO
 SAMVELI CHRISTIANO
 BERO,

THEOLOGIÆ
 ELEBERRIMO,
 ORVM REGIS A CON-
 , ET PER PRINCIPA-
 SEM EIQUE ANNEXOS
 ATVS
 NTI GENERALI
 TISSIMO,

LISQ. LONGE MERITISSIMO,
 FACH ET MAVRITH
 E PRIMARIO
 ISSIMO,
 S. R. MDCCXXXIX
 E FVNCTO,
 OFFICIVM
 TAT
 RTINIANA.

itteris Langianis.



Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

B.I.G.

Black

